



Thesavrvs|| Locorvm|| Commvnivm|| Jvrisprvdentiaē

Barbosa, Agostinho

Lipsiæ, 1697

Cap. XXVI. Mendacium, inficiato, reticentia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80071)

pturam perpetuari potest. Bald. in l. jubemus. §. sed ne aliqua. C. de testam. add. Gail. 1. obs. 104. num. 2. Costal. in parg. adversarior. num. 21. Hieron. Magon. decis. 39. num. 7. Viv. decis. 64. num. 14. Burlat. conf. 273. num. 2. vol. 4. Zaf. conf. 3. lib. 2. num. 45. maxime in rebus alienis, Cornel. conf. 36. vol. 1. Huc refer exempla allata à M. Mantuano in dialog. denar. clas. u. c. 35. n. 2. Si quidem videmus memoriam, sicuti hominem, crescere & decrescere, oriri & mori, l. quidam tabularum 32. §. 1. vers. quid ergo. ff. de furt. l. 2. §. penult. de aqua plu. arc. Nat. conf. 47. n. 30. & conf. 112. vol. 3. Unde cum ea natura beneficio constet, arte augeri & excoli debet post Sabell. Zyvinger in Theatr. c. 1. lib. 5. pag. 34. verb. usus aliquis vid. hac de re Plutarchum in Caton. Minor. ubi ait: Πέποιε τὴν μὲν εὐφροσύνην ἀναμνηστικὴν καὶ ἀλγος εἶναι: μνημονεύει δὲ τὴν μετὰ τὸν καὶ ἀπὸ τῆς αἰτίας ἀποδοχόμενης. Natura comparatū est, ut memoria minus valeant sagaces; valeant autē qui cū labore & sudore arripuerunt. Memoriam enim retineri ejus rei beneficio, ad quam sapē respicimus, & minui nisi exerceatur, post Ciceron. de senect. Petrarch. de remed. advers. fore. trad. Viv. decis. 64. num. 18. & post hunc Ruland. de Commislat. lib. 1. cap. 9. num. 8 & 9. adde & Senec. in proem. controvers. Quintil. l. ii. cap. 2. Unde etiam legumlatores de memoriæ labilitate conqueruntur, ut in can. nostrates. 3. vers. hac sunt præter alia, ibi: alia ad memoriam non occurrunt. caus. 30. q. 5.

II.

De quo nulla extat memoria, illud nescitur. l. si arbitet. 28. ff. de probat. Wesenb. lib. 1. conf. 4. num. 104.

III.

Memoriæ ea melius mandantur, quæ ultimo audiuntur, c. liquido 54. de consec. distict. 2. Lud. Gomez. ad §. superest Inst. de act. n. 14.

CAP. XXVI. Mendacium, inficiatio, reticentia.

Axioma I.

Mendacium fit in personam, non in rem, Cujac. in Paul. lib. 18. ad edit. per l. electio 26. §. neque §. de noxal. att. pag. 250. A.

II.

Mendax precator carere debet impetratis. l. etsi §. C. si contr. jus vel util. publ. c. sedes 13. de rescript. Gail. 1. obs. 2. vid. infra lib. 14. c. Preces. ax. i. mendacium enim nemini debet prodelle sed puniri. Perez. C. de incol. n. 30.

III.

Mendacium aliquando corrigit poenitentia vel iustus error. l. de etate 1. §. pen. & ult. de interrog. in jur. fac. l. is qui se oblituit. 25. ff. de rei vind. intellige scil. re adhuc integra. Cujac. in d. loc. Pauli ad l. 26. §. 5. de noxal. att.

IV.

Mendacium nemini nocens non est punibile. Bald. in l. fin. per illum text. ff. quod cum fals. tutor. quia ut inquit Salicet. in Auth. contra qui

propriam. col. 3. in prin. C. de non num. pec. mendacium quod alteri non nocet censetur nugatorium, l. fundum ejus. §. ult. de Evict. Gædd. 4. confil. 49. n. 48. quem refert & sequitur Ludov. Gomez ad §. in personam Inst. de action. num. 17. poenaq; mendacii nulla est, ubi nullum damnum est. l. damus. C. de fals. Cravet. confil. 366. n. 36. add. omnino Natten. 3. confil. 588. n. 9. & 13. Mendacium enim licet in se turpe & Deo & hominibus invilum, in ipso tamen sapiente propter utilitatem aliorum, aut bonum commune laudatur, Plato in dialog. de justo Herodian. lib. 3. Bordin. in method. cap. 4. & lib. 1. de Magia Diem. cap. 1. Pontan. 4. de obed. cap. 12. Setzer. dist. Justin. 21. corol. 1. Hinc in necessitate & ex causa licere mendacium dicere, cum aliquis juvatur, nec quicquam cuique nocetur, neque inde ullum delictum inducitur, latissime disputavit Alber. Gent. in lib. de abus. mendac. quem sequitur & Umm. dist. ad process. jud. 2. thes. 8. num. 42. Unde mentiri licere in iudicio pro jure suo conservando, inquit Angelus, per illum text. in l. si quis de libertate 12. ff. de injur. per l. at qui natura 19. §. cum me absente 3. cum gl. ff. de neg. gest. quamvis quando quis mentitur non pro jure suo conservando, sed pro alieno auferendo, secus dicendum foret. Lud. Gomez. ad §. sed iste Inst. de action. 33. ubi quibus casibus liceat mentiri & in quibus casibus non, allegat text. in c. primum 22. q. 2. Licet enim vita hominis nulla fallacia defendenda, nec mendacium dicendum, quamvis ex eo posset quis à morte liberari, quoniam os quod mentitur occidit animam, cap. omne genus 16. cum seq. 22. q. 2. Joh. de Imol. in cap. ex tenore in 2. notab. X. de rescrib. & ibi Felin. adeo ut nec pro salute aut defensione hominis mentiri licitum sit, gl. in cap. nullus unquam in verb. ad minuendum 4. quest. 4. attamen quando hæc duo potissimum concurrerent, scil. foret iustam causam & uteretur malitiis & cavillationibus sine mendacio, arg. eorum quæ profert gl. in cap. cupientes, in verbo malignantium. de Elect. in 6. ubi dicit, quod potest quis fallaciis uti contra fallacias & malitias adversarii, cum non videatur fraudem facere, qui fraudem excludit, & in cap. Dominus noster 2. 23. q. 2. non peccaret: quod in foro contentioso Pacian. quidem admittit, in foro tamen animæ periculofum esse, cum malitiam in se contineat, maxime quando iuramentum intervenisset, concludit lib. 1. de prob. c. 21. n. 3. cum seqq.

V.

Mendax in dolo esse præsumitur, l. & eleganter 7. §. fin. cum l. seq. de dolo. l. falsus 43. §. 5. ff. de furt. si mendacium in suum commodum redundet, gloss. in l. item si pretio. §. fin. ff. locat. Alex. in l. dolum. C. eod. Bart. Socin. conf. 159. col. 4. vers. secundo principalter. Barbat. conf. 56. n. 4. vol. 2. Wurmbler. 1. obs. tit. 51. observ. 10. Carp. 209. p. 3. confil. 50. defin. 9. num. 5. Ruin. confil. 73. num. 1. vol. 2. & confil. 29. num. 6. vol. 1. Harprecht. ad §. 4. Inst. de locat. num. 47. Hartman. Pistor. 1. quest. 29. num. 4. Semper enim in mendacio alio non docto dolus inest. l. si quis affirmaverit 9. ff. de dolo. Roman. conf. 8. num. 2. Ruin. conf. 29. num. 6. lib. 1. & conf. 2. n. 13. & confil.

244. num. 6. Hyppolit. Riminald. *confil.* 274. num. 67. vol. 3. Farin. *i. confil. crim.* 18. n. 6. Dec. *confil.* 32. num. 24. vol. 3. cum in dolo sit, qui affirmat quod non est verum. *d. l. 9. §. 1. ff. de dol.* Cravett. *confil.* 2. n. 7. Unde & mendax præsumptionem delicti semper habet contra se, Boer. *decis.* 164. num. 29. part. 1. Foller. in *pract. crim.* in verb. *ad defensionem post num. 5.* Jacob. Port. Imolenf. *confil.* 94. num. 37. & *confil.* 96. num. 33. Boff. *rit. de indicis.* num. 36. Roland. *confil.* 14. num. 19. vol. 4. Itaque contra eum judicari debet, §. ult. *Inst. de fideicom. hered.* Farin. *lib. 1. confil. crim.* 50. num. 37. facit enim se suspectum, c. 14. de præsumpt. adeo ut mendax in uno præsumatur mendax in omnibus, *l. cum de indebito.* 25. ff. de probat. Paris. *confil.* 90. n. 29. vol. 1. Jac. Port. Imolenf. *confil.* 94. n. 6. siquidem mendacium ingens præbet indicium doli & criminis & alicujus commissi, ut etiam judex possit ob mendacium ad torturam procedere, etiam si alia extrinseca indicia non præcedant, Bart. in *l. fin. num. 3. & 4. ff. de quest.* Bald. in *l. presbyteri.* num. 2. C. de Episc. & Cler. Angel. in *tract. de malefic.* in verb. *fama publica.* vers. *non queritur.* Franc. Brun. in *tract. de indic. & tortur.* col. 2. vers. *quero an mendacium.* Hyppolit. de Marf. in *pract. crim.* §. diligenter. num. 74. & 98. Regner. Sixtin. in *Conf. Marpurg.* *confil.* 12. vol. 3. num. 28. de quo tamen an & quando faciat indicium ad torturam, vid. regulam cum suis ampliationibus & limitationibus positam per Felin. in *sua pract. crim. part. 1. tit. de indic. & tortura quest. 52.* num. 1. & seq. Sic negantem per mendacium, à LL. etiam puniri exempli loco sit. *l. fin. ff. de rei vindic. & l. qui servum.* 20. §. in iure. 1. ff. de interrogat. ubi dicitur, quod si quis se possidere negaverit, & possideat, auferatur ab eo possessio. ad idem vid. Jac. Phil. Port. *lib. 1. comm. concl. reg. 30. in princip.* & Rol. à Vall. *confil.* 80. n. 8. vol. 4. sic vigore *l. contra negantem.* C. ad L. Aquil. contra negantem damnum se injuria dedisse & de mendacio convictum in duplum actio datur, Laurent. Tennen. de *Cautel. caut.* 169. num. 2. Simile exemplum extat & in *l. si dubitet Creditor.* 10. §. ita. demum 1. de fidejussor. ubi fidejussor (ut qui divisionis beneficium habet) si neget se fidejussisse, beneficium suum ob mendacium amittit, & ideo videmus præter exempla à Bart. ibi tradita, & Vassallum negantem feudum, rem feudalem ob mendacium perdere c. 1. §. Vassallus si de feud. fuerit contr. Abb. in *cap. ceterum.* n. 21. post Jun. ibid. extr. de judic. Rip. in *l. qui cum se.* num. 1. ff. de re judic. ubi alia similia exempla ponit. Arnold. Ferronius in *consuet. Burdegat. tit. de feud.* §. 5. Jul. Clar. in *§. feudum.* quest. 59. in *fin. pr. Duen. reg. 325. & reg. 329.* Jason. in *l. fin. à num. 4. usque ad 11. inclusive.* Cattel. Cott. in *memorabil. jur. verb. negans.* Idem esse & in socio, qui propter mendacium conveniri in solidum potest, cum sine mendaco conveniri alias non possit, nisi in id quod facere potest. ex *l. si unus.* 62. ff. pro soc. probat Gothof. in *not. ad Schneidevv. in Comm. ad Inst. de fidejussor. §. si plures.* n. 20. lit. c.

VI.

Per mendacium veritas occultatur. *l. fin. de rei vind. l. servus.* 20. §. si persuaserit. 1. de dol. Alex. *confil.* 77. in *causa accusationis.* num. 1. vol. 1. Grammat. *confil.* 5. num. 6. cum allegatis per Decian. *resp.* 32. num. 28. vol. 3. Pantischnann. 2. quest. *pract.* 21. num. 130. Unde mendacium ambire dicitur is, qui veritate inventa, amplius quid querit. Honthem. 1. de *art. Notar. cap. 15. num. 15.* falsum enim est omne quod primordio veritatis non juvatur, *l. cum filius.* 76. §. heres. 1. ff. de legat. 2. & mendacium veritati præferri nulla patitur ratio. Nov. Leon. 19. Unde licet tenue sit, nihilominus tamen perlucet, si diligenter inspecteris, Senec. *epist.* 79. mendaciis itaque semper obviandum. *l. 1. §. 5. de Carbon. edict.* Conf. omnino Racemat. *nost. Crimin. pag. 252.*

CAP. XXVII. De Mendicis.

Axioma 1.

Mendicis ne repleatur Civitas publicè interdicta. *Carpz. P. 2. Dec. 157. n. 14.* hinc mendicantes validi & ignavi in Republ. non tolerantur. *Idem. Def. Confil. L. 2. def. 324. n. 7.* tisque ne quidem in foro conscientie elemosyna danda. *Id. def. 325. n. 1.* nec mendicare à Magistratu omnibus concedendum, liberique mendicorum ad laborem apti ipsis adimantur & opificiis addicantur, aut servitiis, si parentes iis carere possunt. *Brunnem. ad l. fin. C. de Mendic. valid. n. 7. & 8.*

II.

Mendicantes falsarii, Brandbettler/ die auf falsche Brieffe betteln/ aut sine literis ac sigillis morbos, vulnera & defectum naturæ falso simulant, fugigatione puniuntur, non attentam quantitate pecuniæ collectæ. *Carpz. Pract. Crim. P. 2. Q. 93. n. 72. seq.*

CAP. XXIII. Mens vide Animus.

Axioma 1.

Mentis sanæ quilibet esse præsumitur, adeo ut contrarium dicenti onus probandi incumbat. *cap. fin. extr. de success. ab intest. gl. in l. filium. emancip. de acquir. hered. Dd. in l. Codicillos. & in l. furiosum. C. qui test. fac. poss. & in l. fin. C. de hered. instir. Bart. in l. is potest. num. 137. de acquir. hered. Bald. in l. 1. num. 1. ff. de condic. instir. Patil. *confil.* 87. num. 1. & 2. Mantic. de conjecl. ult. volunt. lib. 2. tit. 5. & 6. atque ita sanæ mentis esse præsumitur testator (utpotè in quo mentis sanitas maximè necessaria. *l. 2. ff. qui test. fac. poss.*) si prudenter testatus sit, quod apparere potest ex eo (1.) quando pro anima sua legavit, quæ omnibus merito est anteferenda. *l. sanctimus.* 21. in *fin. C. de SS. Eccles.* (2.) quando instituit heredes ab intestato successuros, quod argumentum esse sanæ mentis, ait Corn. *confil.* 232. num. 4. & *confil.* 319. num. 2. vol. 1. add. Grat.*

con-